



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

[Q[ua]r[e] Sexto specialiter de gratie plenitudine q[uae]fuit i[n] beatissima
v[ir]gine quid intelligitur per hanc plenitudinem.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

Degratie plenitudine fo. XXX.

Non Sexto specialiter de gratie plenitudine quod fuit in beatissima Virgine. quid intelligitur per hanc plenitudinem. Aut enim ideo dicitur gratia plena. vel quia maior gratia non fuit. vel quia summam gratiam habuit vel omnem. Constat quod nec summam nec omnem gratiam habuit. quia gratia unionis non habuit quam in numero gratiarum summa fuit. Proinde pater quod maior gratia fuit. Videlicet autem quod plena gratia dicitur. quia maioris gratie capax non fuit. sed hoc quoque videtur falsum. quod in sua glorificatio maiorem gratiam accepit. Queritur verum hoc quod est gratia plena tamen supponat per omnem gratiam cuius pura creatura capax fuit. Et videtur quod non. quia cum terminus indefinite sumit ex indefinita universalita non infertur. Quod si concedatur contra. Eccles. xxiiij. In me omnis gratia vite et veritatis. hoc interpretatur ecclesia de beata virginem. ergo fuit omni gratia plena. **P**reterea indefinita est in arte logica universaliter intelligenda. Item beneficia principi largissime sunt interpretanda. igitur euangelio in privilegio suo per angelum transmissum appelleret eam gratia plena nullam gratiam specificando erit per omnibus universaliter interpretandus. **P**reterea Deus enim influit suam bonitatem unicuique secundum suam bonitatem. et virtutem et capacitate ut patet in euangelio. Et tradidit illis bona regna. igitur quecumque creatura est capax omnis gratiae. cuius pura creatura est capax. illa creatura est plena omni gratia cuius capax est pura creatura. talis autem creatura fuit beata virgo. igitur ipsa erit plena omni gratia. cuius potest esse pura creatura.

De baptismo

Questio decima octava est per ordinem de universalitate gratiarum in hac plenitudine continetur. Prima igitur queritur de gratiis sacramentalibus. utrum in hac plenitudine continetur iacometa. Et primo de primo. scilicet de gratia baptismali. Primo queritur utrum beata virgo fuerit baptizata. Et videtur quod sic. Quicquid habet omne aliquid conferens gratiam plenam est gratia quae id quod habet conferens gratiam et aliquid non. sed beatissima virgo fuit plena gratia. ergo habuit omne aliquid conferens gratiam. sed si beata ergo habuit baptismum. igitur habuit aliquid conferens gratiam. Item preceptum debaptismo post sui permulgationes obligatoe sunt susceptionem. igitur et beatam virginem. Item dominus baptizatus fuit quis. natus non indiguit vel indigeret. igitur beata virgo debuit baptizari. Joh. iii. Amen. amen dico vobis nisi quis renatus fuerit regnum. Sed beata virgo regnum intravit igitur baptizata fuit. Item si non baptizaretur ignorabat ne satisfactoriis scandalizaretur. sed non scandalizauit ergo regnum. Item si legalia seruauit sicut purificaciones mulieris. igitur et euangelica servauit. Item dominus dixit Iohanni. Sic enim decet nos adimplere dominum.